Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift



20

da felicitate Quicquid desiderabimus tunc habebimus.
michil aliud desiderates. et quicquid videbimus/
amabimus ipso amore/ beati dulcedine amoris et
suauitate contemplationis O quam felix eris filiola
mea/ si in ista deuote perseueraueris Exurge. q. de
puluere iugo filia sion. erige surrectionis illa sublime
contemplationis scala/ et assume penas aquile quibus
possis te a terrenis suspendere et ad celestia sublimare
Leua oculos tuos in montes/ et cogitu fre
quenter de sponso tuo. desidera eum crebris suspi
riis/ ut eum videre merearis. quem si ipsum perfecte dili
gis. non potes esse contenta donec ipsum uideas Liber
ter eum aspiciamus/ quod mutuo diligimus Nam ubi
amor ibi oculus. et ubi est thesaurus tuus/ ibi est
et cor tuum Cogitu nunc animo aliquem ante
minimum/ et in mo amore feruentem. attende quid
sentiat/ quid sepe loquatur de eo quem multum amat
quid diat quid de eo tacitus loquatur O mirum
quam bonus est amicus meus. o quam suauis et dulcis.
o quam amandus et amplectendus. o quam pulcher et
delectabilis. quam toti admirabilis/ et quam toti desi
derabilis O beatum quem amat. o felicem quem amo
re suo sic dignum iudicat O me felicem/ si me
eo frui liceat. o me beatum/ si me eum possidere
contingat Nec mi fallor est cogitatio amicae de a
mico suo quem valde amat qui ab ea longe distat.
hic est desiderium sponse de sponso suo absente/ cum amore